



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

51. Tres amici Job, & disputatio cum eis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

(29)

Ingenioquè peris dire Perille tuo,  
Terna placent Triadi jejunia, terque profusis  
Est populi lacrymis, & prece, mota sui.

SYMBOLUM 51.

Tres amici Job.

*Audientes tres amici Iob, omne malum quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo ut visitarent eum. Iob 2.*

**D**Ives opum Job, factus inops, exutus honore,  
Infimus in fimo, qui modò summus erat.  
Tartarei livore canis, liventia membra  
Vix levat, in toto corpore vulnus hiat.

Victorem Sathanæ (a) tres aggrediuntur amici.

(b) Quos sancto victos Flamine Jobe trahis.

(a) Amici Job senserunt pœnas in hac vita non infligi nisi pro pravia culpa: Unde Job gravissime casum, judicavit gravissimum peccatorem, contra quos Zelo justitia Job disputat, & demonstrat se non judicatum a Deo juxta processum justitiæ humanæ, in quo quidem ita fit: Sed a Deo, a quo impijs sapius prospera eveniunt, & justis adversa. (b) Job dum tentatur apparet scientia, quæ post multa tempora danda erat, spiritu Sancto erudiente edoctus. Chryf. serm. de pat. Iob mihi tom. 1. fol. 573.

SYMBOLUM 52.

Tres Filie Iob cap. 42.

(a) **T**res natas formâ pariles, non sorte parentis  
Nubila post fati tempora, Jobus habet.  
Post tenebras, post tot tempestatesque malorum,

[b]